

Dare quem pater volebat,
Materq; quem fovebat
Animo sequaciori,
Animo tenaciori,
Sibi non virum futurum;
Ardore nec reflexo
Se adustulare posse
Minus virum venustum,
Nimis virum vetustum;
Minus virum politum,
Nimis virum imperitum;
Minus virum potentem,
Nimis virum insolentem;
Minus virum jocundum,
Minus virum rotundum;
Nimis nive inquinatum,
Sulcis nimisq; aratum:
Tamen exigente fato;
Et sic volente, votum
Factum esse Nuptiale,
Factum esse Cojugale,
Inter Marillam amaram,
Et Barbarillam avaram,
Melisillulamq; caram,
Catharillidemq; raram;
Et inter hanc Spatallum,
Et inter hunc Vasallum;
Quem jammodo parentes,
Animo (vt solen) t faventes,
Dare filia volebant,
Modo nata non volebat
Ocellulis tucri
Retortulis; habere

Nedum sibi maritum
Infulsum & impositum,
Incultum & imperitum;
Et hanc, & hanc & illam
Potuisse Barbarillam,
Potuisse Mellisillam,
Potuisse Catharillin,
Potuisse etiam Marillam,
Igni reciprocante,
Flammaq; purpurante
Intimius ustulare,
Enixiusq; amare
Minus antea venustum,
Nimis antea vetustum;
Minus antea politum,
Nimis antea imperitum;
Minus antea potentem,
Nimis antea insolentem;
Minus antea jocundum,
Minus antea rotundum;
Nimis nive inquinatum,
Sulcis nimisq; aratum.
Quid o G R V N E R E , Mystra
Sacrae sacer Themistos,
Iuenculis in annis
Te ita cogitasse, credam?
Quid o R O S I N A , nata
Venusta sanitatis
Illius Architecti,
Puellulis in annis
Te ita credidisse, credam?
Forsno tibi hanc Rosina,
Amiculam Rosinam,